



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

17. Junii. Omni contentione laborandum, ut id, quod sequimur, assequamur, & perfectionis viam ingressi, perveniamus ad id. quod perfectissimum est. S. Ignat. apud Lancic.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

quenda Dei cognitione nec tempus est,  
nec labor.

O vana hominum studia! ut opes, ut aliquid  
quis honoris gradus, ut hominum notitiam  
obtainatur, quæ curæ? quanti conatus  
quis est, qui recogitet corde, quid Deo debeat?

Sedent in tenebris, & in umbra mortis  
tot hominum millia, in tenebras æternas  
ruitura, nisi tu iis facem accendas, quæ de  
ce ad cognitionem Dei, ad veræ fidei la-  
men adducantur. Quid moraris?

17. Junii.

*Omni contentione laborandum, ut id, quod  
sequimur, assequamur, & perfectionis viam  
am ingressi, perveniamus ad id, quod per-  
fectissimum est. S. Ignat. apud Lancie.*

**M**ulti, cum bene cœperint, malè con-  
summârunt, dedecore digniores  
quàm elogio: quòd vel majora viribus cœ-  
perint, malè providi, vel bene cœpta tan-  
defectione deseruerint.

In littore sanitur celeusina. Quid jura  
forti lacerto fulcare maria, fluctus scindere,  
re, charybdes arte omni vitare, si nunquam  
detur designato littore frui.

Inconstantis animi est, multa inchoare. Unite præstat impendere, donec plenè consequaris intentum. Assequitur nulla, qui sequitur plura. Porro unum est necessarium. Quid juvat Christum sequi, si non consequaris.

18. Junii.

*Nulla est bestia super terram demone effec-  
rator, acrior, & pertinacior in hominem,  
ut cum pernicie nostra, maligna, obstina-  
taque mentis suæ desiderium adimpleat.*  
S. Ignat. de spir. dignit.

**S**I cecidit de cælo Angelus, ex Aposto-  
latu Judas, quis est, qui stare sinè justo  
timore aufit? Nec Salamone doctior, nec  
Davide sanctior es, nec Petro meliùs instru-  
ctus, & necdum times?

Nullus adeò sanctus, aut in virtute pro-  
batus est, qui timoris expers vivere possit.  
Respice columnas cæli, contremiscunt il-  
læ; suspice stellas, de cælo ceciderunt.

Vide naturæ tuæ in peccato conceptæ  
fragilitatem, hostis tui partes in omnes vis-  
gilis industriam attende. Numera, si potes,  
lapsuum occasiones tristes, te meliorem  
minùs cogita; sic in timore, & tremore sa-  
lutem tuam operare.

H 3 Inis